



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 117. Sessio VI. Ferrariensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

quicquam adjicere. Marcus Ephesinus <sup>Saccul. XV.</sup> hanc prohibitionem multis exaggerabat, A. C. 1438. eamque Sancti Cyrilli, atque Cælestini Papæ testimonio confirmabat. Insuper Concilii Chalcedonensis, & aliorum, quæ inter generalia quartum, quintum, sextum & septimum dicuntur, definitiones referebantur, quibus Symbolum ulla additione immutari prohibitum fuit. His perlectis Ephesinus in horum Conciliorum generalium, præcipue in septimi, seu Nicæni II. decreta prolixo admodum sermone excurrebat. Tandem vero Latini manuscriptum septimæ hujus Synodi librum in medium protulerunt, contendentes, hunc codicem perpetuatum esse, atque in eo Spiritum sanctum a Filio procedere, disertis verbis exprimi. Nihilominus Græci huic Codici nullam fidem attribuebant, afferentes, quod luculentum adeo, atque decretorum quæstionis testimonium, si genuinum foret, nequaquam a ceteris Latinis additionis hujus propugnatoribus præclarissimis neglectum, sed abs dubio jam dudum prolatum fuisset.

### §. CXVII.

#### *Sessio VI. Ferrariensis Synodi.*

Die vigesima Octobris feria secunda habita est Sessio sexta, in qua mutuo consensu pactum, ne ex Conciliis in caussa

Bb 4 Pho-

*Labbe Conc.  
tom. 13.p.86.*

Sæcul. XV.  
A. C. 1438

Photii celebratis, nec etiam ex illa, quam Latini æque ac Græci Synodum octavam appellare solent, quoddam testimonium peteretur. Quo facto, Andreas Rhodius copioſo ſermone oſtendere nitebatur, poſitionem illius vocis *Filioque*, non proprie additionem, ut Græci appellabant, ne mutationem eſſe, ſed tantum explicacionem illius, quod jam präcontineretur in principio ſuo, ex quo per neceſſariam consecutionem deducitur: Hanc in rem attulit exemplum ex Evangelio; ad hoc enim tanquam a ſuo fonte ac origine Symbolum dimianat. Dein ſuam quoque ſententiam Patrum Græcorum oraculis confirmavit, präcipue Sancti Joannis Chrysostomi testimonio uſus, qui dixit: *Quæcunque habet Pater, habet & Filius, uifi quod Filius non eſt Pater. Omnis eſt filius, quæcunque Pater, eo uno demipote, quod non eſt Pater, ſecundum ipſius Domini vocem in Evangelio S. Joannis cap. 16. de centis: Quæcunque habet Pater, mea ſunt<sup>(\*)</sup>.* Itaque ſequitur, ut qui intelligit Spiritum produci a Patre, neceſſario intelligat, eundem produci quoque a Filiō. Certum autem eſt,

S. Chrysost.  
Hom. 18. in  
Ioann.

(\*) Quæ Continuator noſter S. Joanni Chrysostomo adſcribit, Andreas Rhodius ex diu Bifili ſermone de fide recitavit in hac Seſſione, in ſequenti vero etiam attulit Chrysostomi verba in Hom. 38 in Ioannem.

est, ajebat, quod ejusmodi explicatio, Secul. XV.  
 quæ nil nisi amplior veritatis in Symbolo A. C. 1438.  
contentæ dilucidatio foret, nequaquam  
interdicta esset, & quamvis, quæ a nobis  
declarationes dicuntur, additamenta vo-  
carentur ex eo, quod aliis vocibus atque  
Syllabis exprimerentur, nihilominus &  
hæc legitima Ecclesiæ Auctoritate Sym-  
culo inseri potuerint, quoties id pro fi-  
delium informatione necessarium fore du-  
xisset.

### §. CXVIII.

#### *Sessio VII. Ferrariensis Synodi.*

Celebrata est die Sabbati vigesimo quin- *Conc. Labbe  
tom. 13. p. 99.*  
 to Octobris Sessio septima, in qua  
 Andreas Rhodius orationis suæ argumen-  
 tum denuo assumpsit, & Conciliorum mo-  
 numentis a Marco Ephesino allatis re-  
 spondere aggressus est.

### §. CXIX.

#### *Rationes ad vindicandam additionem vocis Filioque a Latinis allatæ.*

Igitur Rhodius in rem suam trahebat ea  
 ipsa expressa Decretorum verba ex  
 singulis Synodis allata, quibus fidem a  
 symbolo diversam componere, aut volenti-  
 bus converti ad scientiam veritatis tradere,  
 interdicitur, ex his demonstrabat. I. Quod  
 hæc lex nullatenus referatur ad ejusmo-  
 di notationes, quibus explicata Symboli